This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

Richtlijnen voor gebruik

Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

+ *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.

+ *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.

+ *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.

+ *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via `http://books.google.com`

G4r
NO. 1-4
B 1,178,043


SILAS WRIGHT DUNNING
BEQUEST
UNIVERSITY OF MICHIGAN
GENERAL LIBRARY

UNIVERSITÉ DE GAND

RECUEIL DE TRAVAUX
PUBLIÉS
PAR
LA FACULTÉ DE PHILOSOPHIE ET LETTRES

1ER FASCICULE

LUCUBRATIONES MANILIANAE

SCRIPSIT

P. THOMAS

GAND
LIBRAIRIE SCIENTIFIQUE E. VAN GOETHEM
Rue des Foulons, 1 (près de l'Université).

1888.

LUCUBRATIONES MANILIANAE

SCRIPSIT

P. THOMAS

PH. DOCT. IN FAC. PHILOS. UNIV. GANDAV. PROF. ORD.

INEST CODICIS GEMBLACENSIS COLLATIO.

GANDAVI

APUD CLEMM (ENGELCKE)

A. MDCCCLXXXVIII.

RECUEIL DE TRAVAUX

PUBLIÉS PAR LA FACULTÉ DE PHILOSOPHIE ET LETTRES
DE L'UNIVERSITÉ DE GAND.

EXTRAIT DU RÈGLEMENT.

Les travaux des professeurs, maîtres de conférences et chargés de cours seront publiés sous la responsabilité personnelle de leurs auteurs.

Ceux des élèves et anciens élèves seront publiés en vertu d'une décision de la Faculté.

Dunning
high
4-11-40
40704
Nos 1, 10-11, 14, 16, 21,
28-31, 33-34, 37-39,
42, 45, 47

I.

Lib. I, v. 20—27 ed. Jacob:

Bina mihi positis lucent altaria flammis;
Ad duo templa precor, duplici circumdatus aestu,
Carminis et rerum; certa cum lege canentem
Mundus et immenso vatem circumstrepit orbe,
Vixque soluta suis immittit verba figuris.
Quem primum interius licuit cognoscere terris?
Munera caelestum. Quis enim, condentibus illis,
Clepsisset furto mundum, quo cuncta reguntur?

Versuum 25 et 26, quales procudit Jacob, sententiam nunquam expedire potui. Neque Scaligero neque Bentleio, quorum alter scripsit:

Quem primum infernis licuit cognoscere terris
Munera caelestum?

alter:

Quem primum interius licuit cognoscere caelum
Munere caelestum?

res feliciter cessit. Nam cuivis apparet et „*infernis terris*“ insulsum esse, et „*munera caelestum*“ non idoneo sensu pro „*res divinas*“ sive „*caelestia*“ poni, et „*caelum*“ pro „*terris*“ audacius subici. Quid quod Manilius quis fuerit primus ille, cui caelum interius cognoscere licuerit, nusquam indicat?

Cod. Gembl. habet: *Munera vel munere.* Tu scribe *munere* (cf. l. II, v. 115: *Quis caelum posset nisi caeli munere nosse?*) et tolle molestum istud interrogationis signum; iam omnia plana fient:

Quem primum interius licuit cognoscere terris
Munere caelestum.

Quem non est interrogativum sed relativum pertinens ad nomen quod est „*mundus*“ (v. 23). Sensus est: *Licuit terris* (i. e. hominibus) *eum* (sc. mundum) *interius cognoscere primum munere caelestum.* Omne sententiae pondus inest verbis: *Munere caelestum,* quibus infra (v. 40) haec opponuntur:

Et natura dedit vires seque ipsa reclusit.

Terras pro *hominibus* a poëtis usurpari vix est quod moneam. Et vide quam acute sit dictum: *Licuit terris cognoscere mundum* (i. e. caelum, ut sexcenties apud Manilium).

L. I, v. 797—799, in heroum fortiumque virorum, qui in caelum recepti sunt, enumeratione:

Et Cato fortunae victor, matrisque sub armis
Miles Agrippa suae, Venerisque ab origine proles
Iulia descendit caelo, caelumque replevit.

A recto orationis tenore desciscunt illa: *Venerisque — replevit.* Perturbatam constructionem restitues legendo:

Miles Agrippa suae, et Veneris quae ab origine proles
Iulia descendit caelo, caelumque replevit.

Cf. v. 784—785:

Et Iove qui meruit caelum, Romamque Camillus
Servando posuit.

Vide etiam infra ad lib. V, v. 24.

De elisione longae syllabae apud Manilium adeundus est Adolfus Cramer in accuratissima dissertatione *de Manilii qui dicitur elocutione,* p. 13—17 (= Dissertat. philolog. Argentorat. select., vol. VII, p. 69—73), Argentorati, 1882.

L. I, v. 882—885, in descriptione pestilentiae qua laboravit quondam Attica:

Qualis Erechtheos pestis populata colonos
Extulit antiquas per funera pacis Athenas,
Alter in alterius labens cum fata ruebant.

Haereo in extremo versu. Nam quod Pingré interpretatur: „Ses malheureux habitants périssaient sur les corps même de leurs concitoyens,“ in nota subiungens: „Fata nonnunquam pro funere vel cadavere ponuntur. Cf. Propert. L. I, Eleg. 17, v. 11,“ id, opinor, non multis probabit.

Bentleius coniecit:

Alter in alterius labens cum colla ruebant.

Ingeniose quidem et satis γραφικῶς; sed nescio an aptior sententia evadat, si scribas:

Alterum in alterius labem cum fata ruebant.

Ostendit scilicet poëta contagium morbi ex aliis in alios vulgari. Sensus est: cum fata eos in mutuam perniciem ruebant, i. e. sternebant, affligebant.

L. II, v. 252—253:

Tuque tuo, Capricorne, gelu contractus in astris,
Prone iaces; Cancer patulam distentus in alvum.

Jacob haec adnotat: „*Contra iacet* omnes. Ego correxi.“ Minime ille quidem vitiosam lectionem correxit, sed vitiosiorem reddidit. Nullus est in enumeratione verbo finito locus. Cod. Gemblac. habet *Contrat iacet,* unde veram scripturam eruisse nobis videmur:

Contra te et Cancer patulam distentus in alvum.

Cf. lib. I, v. 672; II, 494, 554—555; III, 635—637; IV, 323.

Ineptum illud *iacet* ex dittographia ortum est; scilicet ex CONTRATEET factum est CONTRATET, dein CONTRATRATET vel CONTRATATET, unde fluxit, corrigente, ut sibi videbatur, librario, CONTRAIACET (CONTRATIACET).

L. III, v. 3—4. Musas alloquitur poëta:

. . . . *Vestros extendere fines*
Conor, et dignos in carmina ducere cantus.

Sic Jacob; at v. 4 neque metrum neque sensus constat. Cod. Gemblac.: *Conor et indignos* (non, quod novissimus

editor somniat, *inriguos,* quae conjectura est Scaligeri) *in carmine ducere cantus.* Lips. et Cus.: *in carmine;* Voss. 1: *in carmen.*

Interpretum ineptias refellere supersedeo. Ulcus inest verbis, quod validioris fortasse medicinae egeat. Dubitanter propono:

Conor, et in dignos caelestia ducere cantus.

Cf. l. V, v. 469: *Mille alias rerum species in carmina ducent.*

L. III, v. 111—116:

Iudiciorum opus in quarto natura locavit
Fortunamque fori: fundentem verba patronum
Pendentemque reum lingua, rostrisque loquentis
Impositum et populo nudantem condita iura,
Atque expensa sua solventem iurgia fronte,
Cum iudex veri nihil amplius advocat ipso.

V. 114 codex Voss. 2 (quem Jacob in oculis gestat) unus habet *Impositum;* ceteri: *Imposita.*

Vitium v. 113 inesse Bentleius sensit, et ei adstipulatur Jacob, qui animadvertit „omnia haec ad iudicia pertinere neque rostrorum locum esse.“ Sed Bentleii coniectura:

Pendentemque reum lingua voltuque loquentis
Composito; et populo nudantem condita iura,

non omnibus numeris absoluta nobis videtur. Displicet patroni reum defendentis voltus ille compositus. Quidni scribas:

Pendentemque reum lingua voltuque loquentis;
Imposita et populo nudantem condita iura,

Etc.

Nudantem vim nominis habet.

Olim coniciebamus:

Pendentemque reum lingua labrisque loquentis.

Sed hoc Franco-Gallicum magis quam Latinum sermonem redolet, cum Latinis sollemnis sit formula loquendi

pendere ex vel *ab ore alicuius,* nostris autem: „être suspendu aux lèvres de quelqu'un.“

L. III, v. 120—122:

Quintus coniugio gradus est per signa dicatus,
Et socios tenet et comites, hic hospitis una
Iungitur et similis coniungens foedus amicos.

Ad v. 121 haec adnotat Jacob: „*Comites* (*comitem* V. 2) *hospitis,* om. *hic,* quod ego interposui, omnes. Alii fortasse *hoc* malint.“ In quo bis peccavit, primum quod neglexit cod. Gemblac. lectionem a Scaligero diserte memoratam: *Et socios tenet et comitantes hospitis una;* deinde quod admodum insulse *hic* vel *hoc* infersit. Praeterea *Iungitur . . . coniungens* tolerari nequit. Nos, libri Gemblacensis vestigia secuti, scribimus:

Et socios tenet et comites, atque hospitis una
Dat iura et similis coniungens foedus amicos.

Hospitis iura i. e. hospitii vincula.

Cf. l. II, v. 679—680:

Haec ad amicitias imitantes iura gradumque
Sanguinis atque animis haerentia pectora ducunt.

L. IV, v. 108—111. Confirmat poëta fato omnia regi:

Nec tamen haec ratio facinus defendere pergit,
Virtutemve suis fraudare in praemia donis;
Nam neque mortiferas quisquam magis oderit herbas,
Quod non arbitrio veniunt, sed semine certo;

Etc.

V. 110 „*magis*“ male pro „*minus*“ poni ipsa orationis series satis demonstrat. Nihil tamen mutandum censeo, quippe ipsius auctoris error est, non scribae, simillimus illi quem apud Florum (III, 17 = II, 5) repperimus: *Nec ideo minus socii promissa Drusi a populo Romano reposcere armis desierunt.* Cf. ea quae de negationibus a scriptoribus Latinis perperam vel additis vel omissis disputavimus (*Revue de l'Instruction publique en Belgique,* t. XXVIII, p. 1 sqq.).

L. IV, v. 152—155:

Mollius e Geminis studium est et mitior aetas
Per varios cantus, modulataque vocibus ora,
Et gracilis calamos, et nervis insita verba
Ingenitumque sonum; labor est etiam ipsa voluptas.

Quid? etiam voluptas ipsa est labor? Ne illi laboriosi sunt et vere miseri qui sub Geminorum signo nascuntur. Sed, litterula una mutata, sinamus eos, ut consentaneum est, delicate et molliter vivere:

. . . . *labor est etiam ipse voluptas.*

Similiter peccant libri l. II, v. 116; l. V, v. 170, et alibi.

L. IV, v. 402—403:

Quo remis lucrum naves, Martemque sequentur
In praedas?

Mirum quantum hic turbaverit Jacob, codici suo (scilicet Voss. 2) nimium addictus; solus enim haec monstra exhibet eximius ille codex: *Que remus* et *sequentur*. Ceteri omnes, nisi fallor, et in his Gemblacensis noster: *Quaeremus* et *sequemur;* recte. Mendum superest in vocabulo *„naves“*, necdum probabilem coniecturam repperi. Scribendum esse suspicor:

Quaeremus lucrum ventis, Martemque sequemur
In praedas?

Cf. l. III, v. 151: *Fortunamve petat pelago ventisque sequatur.*

Viderint doctiores.

L. IV, v. 419:

Sic sterilis terris laetis intervenit annus.

Istud *„annus“* nihili est. Codices meliores omnes habent: *arvis.*

Pro *„terris“* Hauptius (in Ind. lect. in Univ. Berol. per sem. hib. a. 1866—1867 habendarum, p. 8) reposuit *torres.*

Idem iam dudum invenerat Breiter (*De emend. Man.*, p. 15). Neque id moneo, quo de laudibus viri in paucis docti et ingeniosi quidquam detraham; sed est mos criticorum, ut, si in id, quod priores excogitaverunt, incideris, statim vel neglegentiae vel ignorantiae vel etiam furti te insimulent. Qui si reputaverint etiam viris et eruditissimis et diligentissimis et honestissimis saepenumero accidisse ut inventa sua pro novis falso haberent, mollius, credo, de his rebus iudicent, praesertim cum emendationi maior accedat auctoritas, si plures per se in eam devenerint. Cf. etiam ad l. V, v. 24.

L. IV, v. 423—424:

Et nunc per scopulos, nunc campis labitur amnis,
Aut faciens iter aut quaerens uritve reditve.

Aperte vitiosum est verbum „*urit.*“ Bentleius reponebat *currit*, quod sane languet. Fortasse nos melius sic:

Aut faciens iter aut quaerens urgetve reditve.

Urgere intransitive, ut l. III, v. 675:

Cetera nunc urgent vicibus, nunc tempore cedunt,

et apud Verg., Georg., l. III, v. 200:

. . . longique urgent ad littora fluctus.

L. V, v. 8—9:

Me properare viam mundus iubet, omnia circum
Sidera vectatum toto decurrere caelo.

V. 8 scribe cum Scaligero (neque ei refragatur Jacob): *Me properare viam mundi lubet* (*libet* habent omnes codd.), cf. l. IV, v. 578:

Ardentem mediis animum libet ire per ignes.

In eis quae sequuntur molestum est asyndeton, quod iam pridem iure suo sustulit Bentleius:

. . . . omnia circum
Sidera vectatum et toto decurrere caelo.

L. V. v. 24—25. Enumerat poëta signa quorum vires declaraturus est:

Quaque volet stellatus Equus, celerique sagittae
Delphinus certans, etc.

Volat habent Lips., Voss. 1, Gembl. Audiamus Hauptium (l. cit.): „Alia etiam Manilianorum versuum menda Bentleius rectissime intellecta audaciore molimento removit. Sic libro V, 24 verissime iudicavit ferri non posse *quaque volat stellatus equus:* in longa enim signorum enumeratione continua est nominativorum casuum series, qui omnes suspensi sunt ex eo verbo a quo enumeratio illa incipit v. 12, *hinc vocat Orion.* Scripsit *inque alas stellatus.* Pulcherrimum hoc est Bentleioque dignum: sed nos modestius scribemus *quique volat stellatus equus.*" Id ipsum adscripseramus olim margini exemplaris nostri, certissimamque emendationem nobis praeripuisse Hauptium nonnihil dolebamus. Sed ecce! nuper vidimus primum omnium eam repperisse Michaelem Fayum in illa, quam hodie parvi faciunt, editione ad usum Delphini (Parisiis, 1679).

L. V, v. 50:

Victa Syracusis Salamis non merget Athenas.

Jacob ad h. l.: „*Vera* ceteri; quod frustra explicare Bentleius studuit. *Utraque* Voss. 2. Ego correxi. Syracusis victa Salamis, gloria et potentia navalis, Athenas pessum dedit." Pulchre, mehercle; sed malim:

Ulta Syracusis Salamis non merget Athenas,

i. e. clades ab Atheniensibus Syracusis accepta, quae ulta est Persas in Salaminia pugna devictos, non merget, non pessum dabit Athenas. *Ultus* passive saepius occurrit. De metonymia cf. Flor. I, 24 (= II, 8), 13: *Epheso Salamina pensavimus.*

L. V, v. 91:

. . . *Salmoneus, qui caelum imitatus in urbe,*

Etc.

Repone *in orbe,* quod omnes codices praebent praeter Voss. 2, cui nimis tribuit Jacob. *Caelum* (vel *mundus*) et *orbis* apud Manilium constanter inter se opponuntur. V. l. I, v. 760; l. II, v. 127—128, alibi.

L. V, v. 105—107:

. . . Nec crede severae
Frontis opus signi, strictos nec corda Catones,
Abreptumque patri Torquatum, et Horatia facta.

Ita Jacob. V. 106, Voss. 1, Cus., Lips. (prima manu) habent: *strictos incude;* Gembl. et correct. Lips.: *strictos in coda;* omnes: *Catonis.* Locum vexatissimum sic emendare conabar:

. . . strictum ensem in corda Catonis,

quoniam de re (sive actione) magis quam de persona agitur, ut docet sequens versus:

Abreptumque patri Torquatum et Horatia facta.

De Catone sibi manus afferente cf. l. I, v. 797; l. IV, v. 87.

Neque tamen verum me repperisse contendere ausim. Viros doctos aliquando meliora prolaturos esse spero.

L. V, v. 135—136:

Hinc fidae mentes tremebundaque corda creantur,
Suspensa strepitus, levibusque obnoxia causis.

V. 135 pro „*fidae*“ scribendum *trepidae,* ut est in edd. vett. — V. 136 *Suspensa strepitus (suspensas trepidis,* vel *trepidus,* vel *trepitus,* codd.) et soloecum est et contra metrum peccat (cf. Ad. Cramer, op. cit., p. 17—18 = 73—74). Bentleius restituit: *Suspensa in strepitus.* Ego praetulerim: *Suspensa ad strepitus.* De hoc particulae *ad* usu v. Draeger, *Hist. Synt.,* § 252, 4.

L. V, v. 150—151:

Pumicibusque cavis horrentia membra polire,
Atque odisse virum, sterilisque optare lacertos.

Quod prius conieceram: *teretesque optare lacertos,* occupavit Ruhnkenius ad Rutilium Lupum, p. 94 (Lugd. Batav., 1768). Sed nihil movendum. *Sterilis lacertos* non est *vulsos,* ut exponit Scaliger, contra quem recte disputat Ruhnkenius, sed natura glabros.

L. V, v. 280—282. Spica, inquit poëta, arvorum ingenerat studium rurisque colendi, hoc est, semina credere terris, etc.:

Et si forte labor ruris tardaverit artis,
Quis sine nulla Ceres, non ullus seminis usus,
Subdere fracturo silici frumenta, etc.

V. 280 admodum obscura est sententia. „Non mihi persuadeo, inquit Jacob ad h. l., labore ruris fatigatum agricolam ad ceteras artes accessurum.“ Adde huc quod, si verba distinguas ut fecit Jacob, pronomen *quis* (v. 280) nullo modo ad vocabulum quod est „*artis*“ pertinere potest, sed ad „*ea*“ subauditum et infra per infinitivos *subdere,* etc., explicatum, quae ratio durissima est. Id probe intellegens Pingré ita interpungit:

Et si forte labor ruris tardaverit, artes
Quis sine nulla Ceres, etc.

Notamque addit: „Nous suivons l'interprétation d'Huet — (at in Huetii animadversionibus de interpunctione verbum nullum) —; la ponctuation de Bentlei — (quam recepit Jacob) — semblerait en supposer une autre, qui ne nous paraît guère admissible.“

Quod ad sensum quidem attinet, probabilis est ea, quam Pingré probavit, lectio. Sed displicet locutio *labor tardat* pro *labor cessat;* displicet accusativus *artes* pendens ex verbo longius remoto (*ingenerat,* v. 273).

Equidem puto Manilium non de intermissione ruris laborum loqui, sed hoc voluisse: homines qui sub Spicae signo nascuntur agris colendis student *aut saltem* pistrinam exercent. Huc ducit formula *Et si forte* . . . Cf. l. V, v. 492 sqq.:

Illius in terris orientis tempore natus
Ad spolia et partas surget vel caede rapinas
. . . . . .
Et si forte bonis accesserit impetus ausis,
Improbitas fiet virtus, etc.

V. 649 sqq.:
Hinc fuga nascentum, dolus insidiaeque creantur,
Grassatorque venit mediam metuendus in urbem.
Et si forte aliquas animus consurget in artis,
In praerupta dabit studium, etc.

V. 459 sqq.:
Quin etiam tragico praestabunt verba cothurno
. . . . . .
Et si quis studio scribendi mitior ibit,
Comica componet laetis spectacula ludis
. . . . . .
Et si tanta operum vires commenta negarint,
His dexter tamen actor erit, etc.

V. 447 sqq.:
At si deficient artes, remanebit in illis
Materies tamen apta, etc.

Huiusmodi igitur sententiam requiro: *Et si forte natura eis negaverit vires ad opus ruri faciendum, exercebunt artes sine quibus* etc. Sed emendationem nondum inveni.

L. V, v. 361:
Regalis ut opes et sacra aeraria servent.

Unus Gemblac. habet *sancta (sc̃a)*, quod mihi reponendum videtur: de *aerario sanctiore* lectorem verbo admonuisse satis erit.

L. V, v. 599. Poëta describit Persea cum bellua pugnantem:
Sed quantum illa subit, spumam eiaculata profundo,
In tantum revolat, etc.

Omnes codd. habent: *semper iaculata.*

Bentleius scripsit: *seque eiaculata profundo est.* Melius J. Fr. Gronovius (Observ. l. II, c. 11): *semet iaculata profundo,* quod et ipsi excogitaveramus.

L. V, v. 646—648:

Nixa genu species vel Graio nomine dicta
Engonasin, (quicunque latet sub origine, constat)
Dextra per extremos attollit lumina Pisces.

Misere corruptus est in libris v. 647: *Et comas inguicula vides,* Voss. 1, Lips. (sed a corr. *comaes*), Gembl. (sed *inguicola*); *Et gonas iugui onlandes,* Voss. 2. Alia alii tentarunt viri docti, quorum commenta in medium vocare longum est; omnium autem pessime hunc versum tractavit Jacob. Ne plura, veram lectionem me repperisse propemodum confido:

Engonasin, cui nulla fides sub origine constat,

i. e. de cuius origine nihil certi memoriae proditum est. Vocabulum quod est „*fides*“ hoc sensu usurpat noster l. I, v. 729 sqq.:

An melius manet illa fides (gallice: „tradition“) *per saecula prisca?*
Illac solis equos diversos curribus isse,

Etc.

Particula *sub* Manilium audacius uti vel abuti quicunque evolvit eius librum bene novit. Consule, si vacat, indicem quem confecit Jacob.

Ad sententiam cf. l. I, v. 315:

Nixa venit species genibus, sibi conscia causae.

Emendationem nostram lenissimam esse et a ductibus litterarum, quos libri manuscripti exhibent, non multum recedere cuivis perspicuum est.

II.

Codicis Gemblacensis formam satis accurate descripsit Malvinus Bechert[1], nisi quod errores quosdam leviores commisit, quos obiter corrigere haud absurdum fuerit.[2]

Quae Prisciani carmini subscripsit manus XIV, ut videtur, saeculi, sunt haec: „Liber sancti Petri Gemblacensis", non: „Lib. S. ptnt̃ Gemblacens." Permiscuit scilicet V. D. Prisciani carminis subscriptionem eis quae in fine lib. V Astronomicon leguntur. Vid. collat.

Codicem Lutetiam Parisiorum ex ipso monasterio Gemblacensi delatum esse (p. 4) nego; namque eum P. Danielis Papebrochii soc. Iesu Antverpiensis (1628—1714) fuisse testantur ea quae in fronte primae paginae inscripta sunt.[3] Anno autem 1773, Maria Theresa regnante, cum societas Iesu e provinciis nostris sublata esset, libri, qui in eius ordinis bibliothecis adservabantur, Bruxellas in bibliothecam quam dicunt ducum Burgundionum deportati sunt.

Porro minus recte scripsit Bechert (p. 4—5): „...manu autem saeculi ut videtur XVI — (*immo* XV) — haec apposita: Mālius poeta *eademque manus nonnullas notas mar-*

---

[1] In libello cui titulus: *De M. Manilii emendandi ratione.* Lipsiae, MDCCCLXXVIII.

[2] Iocularíter erravit vir in rebus antiquis probe exercitatus sed recentiorum temporum historiae haud perinde gnarus, dum scribit (p. 4): „. . . hunc librum inter seditiones turbasque belli civilis — *(Gallos Belgicam armis occupasse ignorare videtur)* —, quo proximo saeculo Gallia exarsit, Lutetiam Parisiorum delatum esse, ex sigillis duobus — *(immo tribus)* — patet, quorum alterum — *(immo duo)* — in prima, alterum in ultima codicis pagina exstat, his inscriptis litteris: BIBLIOTHÈQUE · NATIONALE atque in medio sigillo lictorum fasces conspicui sunt, super quibus *tegimen capitis fratrum ordinis quem ferunt Iacobinorum(!)* cernitur."

[3] „Liber hic a. 1678 commodatus D° Sherburno per Dum Samuelem Carr Bibliopolam Londinensem a P. Danieli Papebrochio soc̃tis Iesu Antverpiae eidem restitui debet. restitutus est an. 1693." — Praeterea exhibet eadem pagina: „†. mi. 8°."

gini adscripsit atque duas lacunas, de quibus infra videbimus, replevit." Quae margini notas adscripserunt atque lacunas suppleverunt manus — sunt autem duae, quas in collatione α et β signavimus — ab illa saeculi XV manu plane diversae sunt.[1]

Tum quod ille dicit (p. 5): „Ceteris — *(praeter librum I)* — libris neque supra neque infra quidquam scriptum legitur binis versibus vacuis relictis", in eo vehementer errat, ut ex collatione nostra satis superque patebit.

Quid vero sibi voluerit cum contendit *codicem rasuras prorsus nullas habere* (p. 5), nescio (largam enim rasurarum copiam praebebit nostra collatio); nisi forte id intellexit, rasuras omnes ab ipsa prima manu esse.

Postremo male transcripsit per „—r—" vitii signum quod est 7.[2]

De collatione nostra pauca sunt quae lectorem moneamus. Codicem Gemblacensem ad editionem Friderici Jacob (Berolini, 1846) contulimus.[3] Compendia scripturae et pravas verborum distinctiones omnes omnino enotare, res erat et operosa et parum utilis; itaque ea selegimus quae ad crisim factitandam alicuius essent momenti. Restat ut collegae amicissimo Henrico Pirenne, qui nos propenso animo adiuvit, gratias agamus maximas.

---

[1] Fol. 99 v°, post subscriptionem l. V Astronomicon, nonnulla scripta fuerant ea manu, quam β significavimus. Sed recisus est huius folii margo inferior et erasi sunt duo, qui supererant, versus, ita ut haec tantum legere potuerimus: „Hic . . . . . um . . die(?) festo Jacobi . . . . ."

[2] Duobus tantum locis (fol. 30 r° et fol. 96 r°) exceptis, ubi re vera est r.

[3] Vitia typographica, quae in praefatione (p. XXI) indicavit Jacob, adnotare supersedimus. Ea ut in exemplari suo corrigat benevolus lector, comiter rogamus.

Lib. I.

V. 1. artis] artes — 5. nutantis] nutantes — 12. aethereos] aetherios — 13. vocat] vacat (*nulla est interpunctio post voc.* iuvat) — 14. caelo] coelo — 19. Phoebo] phebo — 21. precor] praecor (p̃cor) — 25. licuit] lucuit (*nulla est interpunctio post voc.* terris) — 26. Munera, *superscr. pr. m.* vel e — 29. dis] diis — 30. Cyllenie] cillenie — 38 *et* 39 *om.* — 42. tangentis] tangentes — caelo] coelo — 44. Nilos] nilus — 58. species] speties — 59. Praecepta] Precepta — 63. Depraendit] Deprendit — 64. aeterna] alterna — mundi] mundum — 69. maerens] merens — 71. similis] similes — 73. solertia] sollertia — 78. sed quisque] se quisque — 81. premendo] praemendo (p̃mendo) — 83. quodcunque] quodcumque — tentando] temptando — 88. commercia] commertia — 91. Nec] Ne — 95. solertia] sollertia — 97. caelum] coelum — 105. sonitum] solitum — 108. compraendere caelum] comprendere coelum — 112. vario] variis — 115. Annosa (o *in ras.*) — *Post v. 117 scr. pr. m.:* DE ORIGINE MVNDI — 118. caelo] coelo — 129. mile] mille — 130. paene] pene — summum] sumptum — 131. caelum] coelum — 134. in caelo] in coelo — 135. haec] hoc — 139. prohibentque] prohibetque (prohib&que) — 140. crearint] creantur — 141. nec calidis] ne calidis — 143. Quae] Quem — 147. quaecunque] quaecumque — 149. aethereas] aetherias — 150. caeli] coeli — 151. moenia] maenia — 155. natantis] natantes — 156. per fudit] perfudit (pfudit) — 158. Aeraque] Aereque — 160. arenis] harenis — 163. strinxerunt] struxerunt — 166. Exsiliit] Exiliit — 167. mediam et tenet] mediam tenet (*om.* et) — 171. Ictaque contra actis] Itaque contractis — 172. prohibentur longius] prohibent in longius — 175. Phoebus] Phebus — nunquam] num-

quam (numq) — 177. fulgeret] fulgerent, *sed* n *expunxit pr. m.* — 178. immerso] immenso — Olympo] olimpo — 181. cadat et subeat] caderet (cader&) subeat — caelum] coelum — 184. fata] facta — 186. Phoebus] phebus — caeli] coeli — isdem] iisdem — 189. tirocinio] tyrocinio — 190. qui tempora monstrat] quod (quod) tempora monstrant — 192. ad ortum] ad ortus — 193. caelum] coelum — *Post v. 193 scr. pr. m.:* QVARE TER‖RA ‖‖ SIT ROTVNDA· — 198. Phoebus] pheb. — 212. neque finis] nec finis — 214. tellus] stellis — manet] manent — figurat] figurant — 220. coercent] cohercent — 224. eoae *in ras.* — 225. quaecunque] quaecumque — 227. Sacraque] Seraque — 229. toto] toti — 234. gyros] giros — 238. oris] horis — 245. somnosque] somnos (*om.* que) — membra] menbra — 248. Membraque] Menbraque — 252. partis] partes — 253. Altera ut] Alter ut — 264. aversum] adversum — 265. notantem] vocantem — 272. defundit] diffundit — 274. cludentis] claudentis — 275. Atqui] At qui — cum surgis] consurgit — 276. caelo] mundo — 284. constitit] conspicit — 285. stant robora] stat robore — 296. arcum] arctum — 299. Cynosura] cenosura — 305. inter fusus] interfusus — 307. unquam] umquam — *V. 316 post v. 313 collocat.* — 314. frigentis] frigentes — 315. species] speties — 316. Arctophylax] artofilax — 321. in medio] in media *(distinguitur post voc.* circulus, *non post voc.* radians) — 323. desertae fulgent] desertae et fulgent — monumenta] monimenta — 325. Sidera] Sydera — ceperat] caeperat — 326. manesque] manansque — 329. sidera] sydera — 330. inmensum] immensum — 331. Ophiuchus] ophiucus — 332. Dividit, et iam toto urgentem corpore corpus] Dividit. atque etiam toto ingens corpere corpus — 333. Explicat] Explicet (Explic&), *superscr. pr. m.* vel at — et nodos] ct(?) nodos — 335. Exsilit] Et dedit — 336. par et bellum] paribus bellum — 337. Cygni] cigni — 338. pretium] pretio — 340. plumea *inest* — 341. diductas] deductas — 343. Sidera] Sydera — 344. ceu] cui — mundo] mundi — 347. utrumque] utrunque

— 349. sidere] sydere — 350. Andromedam] andromeda — 353. sidus] sydus — 354. Cassiepia] casiepia (*in marg. add. rec. man. XVI vel XVII saec.* [*α*]: In poenas signata suas) — *Post v. 354 sequuntur vv. 399—442; dein vv. 355—398.* — 356. Pristis] piscis — 358. Ni] In — servet] fervet, *superscr. pr. m.* vel servet — 359. Auxilioque] Exilioque — 360. pestemque] testemque — 361. nixo] nexo — 362. Heniochus] Eniochus — 363. Iuppiter] iupiter — 364. Quadriiugis] Quari iugis — 365. Hoedi] hedi — sidere] sydere — 370. Iuppiter] Iupiter — 371. Pleiadesque] Pleyadesque — iuraque] utraque — 372. boream] borean — 374. sidera] sydera — 375. sidus] sydus — 376. lumina mundo] sydera mundum — 377. sub quis invia (*om.* iacet) — *In marg. add. rec. man. XVII saec.* [*β*]: aquis iacet — 380. laevamque] levamque — 383. sidera] sydera — 384. Cetera] Caetera — cedunt] caedunt — 385. sidus] sydus — 389 *et* 395. sidera] sydera — 398. cedit] caedit — vecors dum frigore surgit] nec horrida frigore saevit — *Post v. 398 sequuntur vv. 443—529.* — 399. Ac] Haec — 400. utrumque] utrunque — 401. quam] qui — 403. dicunt] ducunt — 409. caeruleo] ceruleo — 410. Cetera] Caetera — specie] spetie — 412. Procyon] prochion — Lepus] lupus — 417. Phoebo] phebo — Iaccho] Iacho — 422. tum di] tumidi — 423. Iuppiter] iupiter — 424. non posse timens] non pos timens, *superscr. pr. m.* se; os *in ras.* — 427. sidera] sydera — at ollis] colles — 428. e rupta] et rupta — 429. vultum] vultu — 430. pestiferum] hostiferum — quemquam] quenquam — aut *om.* — 431. Iuppiter] Iupiter — 432. Sidera] Sydera — 436. Cepheidos] cepheydos — 437. litora] littora — 438. Tum Notius] Tunc (Tc̄) nothius — 439. Exsurgit] Exurgit — noti] nothi — 440. gyros] giros — 441. Ulterius] Alterius — 442. sidera] sydera — 443. latentis] latentes — 446. notia] nothia — sidera] sydera — 448. innixa] innexa — templa] signa — 449. in conspectum] in conspectu — 450. speciem] spetie — similisque] similesque — 453. fugientia] fulgentia — 454. sidera] sydera

455. pingunt] pingit — 458. similis] similes — 459. membra] menbra — 460. cesset] cessit — 464. Subcubitura] succubitura — 465. sidera] sydera — 467. media] mediae — 468. celant] caelant — 469. Praecipue] Precipue — 470. conditur] caeditur (cęditur) — 472 *et* 476. sidera] sydera — 481. aut] et (&) — 482. quid tam vice] quid̃ tam vice — *Post v. 482 scr. pr. m.:* DE AETERNITATE MVNDI — 484. Qua] Quam (Quã) — 486. moenia] maenia — 488. sidera] sydera — 490. conflare] constare — 498. noctis] noctes — 502. Arctos] Arctus — 505. mundo] caelo, *superscr. pr. m.* vel mundo — 507. poterant] poterat — 510. *Inter vocc.* Servitium *et* imperiumque *litt. una erasa.* — 512. Graecia] grecia — 517. Et mutant] Exutas — 520. puncto] ponto — 529. in terra] in terram (in terrã) — sidera] sydera — *In marg. signum traiectionis* †, *quod ad v. 530 (fol.* 14v° *repetitur) appinxit man. satis antiqua.* — *Post v. 529 sequuntur v. 566—611; dein vv. 530—565; postremo vv. 612—804.* — 532. sidera] sydera — 533. in varias caelum] in caelum varias — *Post v. 538 scr. pr. m.:* DE MAGNITVDINE ET LATITVDINE MVNDI ET SIGNORVM — 539. Olympo] olimpo — 542. ceduntque] caeduntque — 545. quacunque] quaecumque — 546. gyri] giri — 548. refugit, *super* u *scr. pr. m.* vel i — 549. Astro] Astra — *In marg. scr. rec. man.* [α]: altera — 551. imo] uno — 552. quodcunque] quodcumque — 560. Sidera] sydera — 560. *In marg. scr. man. XIII vel XIV, ut videtur, saeculi:* De coluris — aethereos] aetherios — tibi] t̃ — 566. *In marg. inter. scr. pr. m. vel alia haud multo recentior:* De parallelis circulis — 568. sidera] sydera — 569. Phoebus] phebus — 570. circumfert] circunfert — 576. spira] spera — 577. limine] lumine — Phoebus] phebus — 580. medium] medio, *sed super* o *scr. pr. m.* ū — limite] lumine — 582. cingens] tangens — 585. nobis] vobis — 592. gyrus] girus — 593. adverso, o *refinxit pr. m.* — 595. circumdat] circundat — 599. texti] sexti — 601. servantes] servantis — 603. *In marg. scr. rec. man.* [α?] COLVRI — 608. mensibus *ex* men-

tibus *corr. pr. m.* — 609. Olympo] olimpo — 611. gyro] giro — 612. Hydram] ydram — sub austris] sub astris — 614. in caelum] in caetum — Ceti] caeti — 621. praebentem] prebentem — 624. gyri] giri — 622. Lyram] liram — 628. Cynosurae] cinosurae — *Post v. 630 scr. pr. m.:* DE ANABIBAZONTE (I *in ras.*) ET ORIZONTE — 631. haec] hoc — 634. Olympum] olimpum — 637. Hinc mutans] Hic mutat — Nam si quis] seu si quis — 643. Phoebus] phaebus — 644. premit] praemit (p̃mit) — 645. *Inter vocc.* ad *et* hesperios *duae vel tres litt. eras.* — 646. utraque] utranque — 648. gyri] giri — 650. terraque] terraeque — 655. repandens] repente — 656. ima] mota — 657. quocunque] quaecumque — 661. teget et referet] tegit et refert — 664. gyrus] girus — 665. horizon] orizon — *Post v. 665 scr. pr. m.:* DE ZODIACO LACTEO. — 667. gyros] giros — 668. Phoebus] phaebus — 671. lege] laege — 684. in adverso] in adversum — positus] positas — 685. ab boreae gyro] ad boreae giros — 686. Cassiepiae] casiepiae — 689 et 695. gyrum] girum — 691. sagittari laevam] sagittarii levam — 696. Heniochum] eniochum — 697. Cassiepia] Casiepia — 698. coeptum] caeptum — 699. gyros] giros — 707. Inter, divisis] Inter divisis, *superscr. pr. m.* vel as — partis] partes — 710. Accipiuntque] Acipiuntque, *sed alterum* c *add. pr. m.* — 711. sic limes lucet Olympo] lucet sic limes olimpo — 718. diductis] deductis — 710. Segminibus] Seminibus — 723. mundus] mundum — 724. oras] horas — sidera] sydera — 730. diversos curribus] diversis cursibus — 732. Exustas *inest* — sidera] sydera — 733. Caeruleam] Ceruleam — 736. Phaethontem] Phetontem — 740. rigenti] rigentem — 741. Imposuisse] Impossuisse — *V. 742 post v. 743 collocat.* — 744. saevisse] sevisse — 748. flagrarunt] flagarunt — sidera] sydera — 755. densat] densa — 756. Connexas] Convexit — 757. caelato] collato — 758. numina] nomina — 761. Aethereos] Aetherios — 762. venerantur] veneramur — 763. Tydidemque] Titidemque — 764. Pyliumque] iliumque, *superscr. pr. m.* i. nesto-

rem — 766. Assaracum atque Ilum, invictamque] Castra ducum et caeli victamque — 767. nigrum, *superscr. pr. m.* i. mennonem — 768. Lyciae] litiae — 769. Graecia] grecia — 773. Lycurgus] ligurgus *ex* ugurgus *refinxit pr. m.* — 774. Platon et] Plato nec — 776. quae] qui — 778. Horatia] oratia — 780. et cloelia] eo colia — 781. moenia] maenia — 782. commilitio] cum milicio — Corvinus adeptus] corvitus ademptus — 783. Phoebum] phaebum — 784. Camillus] camillis — 786. Pyrrhi] pirri — 787. pares] parens — 788. necato] notato — 789. Deci] decii — 790. Fabius] Flavius — 792. Carthaginis] Cartaginis — 793. trisque] tresque — 794. deum, *superscr. pr. m.* i. iulium — tullius, *superscr. pr. m.* i. cicero — 795. Claudi] Claudii — 798. Venerisque] ventrisque — 801. coetu] caetu — Quirinum] quirini — 802. candet] candit — 803. divum *ex* duim (*vel* dium) *corr. pr. m.*, *expuncto* ı *et superscr.* u — 804. virtute, te *ex* re, *ut videtur, refinxit pr. m.* — *Post v. 804 sequuntur vv. 809—812; dein vv. 805—808; postremo vv. 813 sqq.* — 805. *In marg. scr. man. XIII vel XIV seculi:* De cometis — 808. notandum est *om.; in marg. supplevit rec. man.* [*β*] — 809. sidera] sydera — 814. Protenus] Protinus — flammas] lammas — 815. factosque] tractosque — 820. torridus] cordibus — 821. Apta] Acta — 822. deprendit] depraehendit — rapacem] capacem — 825. coeptaque] ceptaque — fine] finem — 826. cometae *inest* — 830. Immersum] Immensum — *V. 833 om.* — 836. capillis] capillus — 837. ignis] ignes — 838. facies] species — 841. Quadratamve] quadratamque — teretemve] teretemque — 843. utero] uteros — pandosque capellos] partosque capillos — 844. parvos ignis] parvis signis — 845. menta] menses — 848. per liquidum] per nitidum — 850. Excurruntque] Exuruntque — volucris] volucres — 853. nubis] nubes — 854. penetrant] penitrant — Aetnamque] ethnamque — 860. coruscis, *super* o *scr. pr. m.* ⊢ — 863. cum videas] ne videas — 864. e mediis] et mediis — 866. potuit generare] posuit generarae (e *ex* a *effingere voluisse pr. m. videtur*)

— 867. ut cuncta] ob cuncta — 869. Titanius aestu] tytanius estu — 871. Cyllenius] cillenius — 874. miseratus] miseratur (miserat) — 876. Nunquam] Numquam — excanduit] excandunt — 879. maerentis] merentis — 881. letalis] laetalis — 883. succensis... sepulchris] succensi... sepulchri — 884. Erechtheos] ericteos — 890. coacervatis] coacervatis *ex* coatervatis *corr. pr. m. superscr.* c — 891. vix] via — heres] haeres — 895. Aegrotet] Egrotet — suum] novum — 898. foedere] faedere — 905. Saepe] Sepe — 910. arena] harena — 917. Roma pependit] pompa rependit — 920. hostis] hostes — 921. Pompeius] pompeus — cepit] caepit — *Post v. 926 spatium vacuum duorum versuum relictum est, in quo man. XV sec. rubr. litt. haec scripsit:* Explicit liber primus. Incipit secundus.

Lib. II.

V. 2. regnum *ex* rerum *corr. pr. m.* — 3. Hectoreasque facis] Haectoreumque facit. — 5. per aequora Ponto] per agmina ponto — 6. captisque] captis (*om.* que) — 7. patriae quem iura] patria quae (quę) iura — 8. profusos] profusas — 9. latices] lances — duxit] dixit — 12. parentis *inest* — 14. sidera] sydera — partus] corpus — 17. Bacchum] bachum — 18. lumina] numina — 19. Quin] Quique (Quiq;), *superscr. pr. m.* vel quin — notavit] notarit, *superscr. pr. m.* vel rogarit — 20. Bacchus] bachus — amaret, *superscr. pr. m.* vel rit — 21. Pallas] bachus — utrumque] utrunque — 23. munia nymphis] numina nimphis — 28. Persei] Persi — poenas] paenas — 29. Lycaone] licaone — 30. cynosuram] cinosuram — 31. cycnum] cignum — sidera] sydera 32. Erigonen] Erigonem — 33. Cythereide] chitereide — 34. sidera] sydera — 35. Ceteraque] Caeteraque — 38. Terrave] Terraque — quae (q̃) — 39. ritus pecorumque] pecorum ritus — 40. creatus] creatis — 42. in arva] in auras — 44. anguis *inest* — 45. sua] suam (suã) — 46. immersum] immensum — tartaron atrum] tartara natram (natrã) — 48. foedere] faedere — 50. Heliconis] helicones — 53. rorantis *inest* — 55. gustarunt] gustarint — 56. aethereo] aetherio — Phoebus] phebus — libaverit] libraverit — 60. Namque] Nanque — 62. foedere] faedere — 64. Et rationis] Et ‖ rationis, *inter* Et *et* rationis *una litt. erasa; fuit, ut videtur,* orationis — 67. membris] menbris — contexta] cotexta — 71. Haereretque] Hereretque — 72. sidera] sydera — 76. fontis . . . omnis *inest* — 77. Par semper] Pars semper — 78. nec sideret orbis] nec sidera orbis, *superscr. pr. m.* vel nobis — 79. minusve] minusque —

84. quamquam] quanquam — 87. Nec nimis] Nec minus — 89. ac *inest* — 90. sidere] sidera — 91. tenet] tenent — diverso] diviso — 92. Phoebum] phebum — 96. si reddis] sic reddis — 97. ex isdem] ex hisdem — relinquit] relinquis — 98. refers] refert — 99. si pecudes] sic pecudes — 100. Quum] Cum — 108. ipsumque] seque ipse — 109. Mitte] Mitto — 110. Infidas] Infidos — 111. Mitte] Mitto — 112. summi] summa — 114. Materiae fatum est] Materiaeque sat est — 115. possit] posset — munere nosse] munera nosset — 116. ipse] ipsa — 117. sine fine patentis] nisi fine parentis — 119. sidera] sydera — 121. possit] posset — 125. commercia caeli] commercia rerum — 132. secanda] secunda — 133. *In fine versus signum* ·˙ *appinxit pr. m.* — 134. faciat *ex* faciet *corr. pr. m., expuncto* e *et superscr.* a — 136. sidera] sydera — 137. carmina condam *inest* — 139. Liber agam currus] Umbrato curru — non occursantibus *inest* — 145. fluat] fluit — 147. per aures, aures *ex* auras *corr. pr. m., expuncto* a *et superscr.* e — *Post v. 149 in marg. inter. haec adscripsit man. pr. vel alia eiusdem fere aetatis:* Quae signa masculina sint, quae feminina 7 quae humana. *In marg. autem exter. rubr. litt. man. saec. XV:* Que signa masculina quae feminina quae humana. — 150. Ac primum] Et primum — 151. utrumque] utrunque — 153. aversus] adversus — *Inter vocc.* adversus *et* surgat *spatium octo ferme litt. vacuum relictum est, om.* redeundo, *quod in marg. adscripsit man. rec.* [*β*]. — 156. mores *inest* — 158. sorte] forte — *Post v. 158 scr. pr. m.:* QVAE SIGNA DVPLA SINT ET BIFORMA — 159. potentis *inest* — 161. Ambiguisque] Ambiguis (*om.* que) — 162. sidera] sydera — 163. membris] menbris — 169. Admissumve] Admissumque — 170. membris] menbris — 171. Ut Capricornus *inest* — et is qui] et hic qui — 172. hominis] oris — priori] prioris — 174. gemina] gemini — duplave] duplane — 176. duplex ratio] ratio duplex — 177. auctumnus] autunnus — utrimque] utrumque — 178. Idcirco] Iccirco — 180. duplicis *inest* —

